

1660.

Visitatorum  
numerus el-  
tra duos non  
augetur.

die 24 Augusti 1658. a prefato Caio Archiepiscopo Nuncio confirmati perpetuos fore quemadmodum Rectores, & Administratores. Ad haec dictorum Visitatorum numerum ultra duos augeri non posse, neque etiam minui, sed ipsos Visitatores, ut possent supervenientibus occurrere necessitatibus, delegandi ad tempus biennii, vel triennii ad summum eorum auctoritatem, & potestatem pro quorundam Monasteriorum visitatione uni, vel pluribus Sacerdotibus vite irreprehensibilis ab eodem Nuncio similiter approbandis facultatem habere: Praeterea quod uno ex Visitatoribus perpetuis hujusmodi recedente, vel decedente, alter Superstes alium vite probate virum in sacro Presbyteratus Ordine constitutum infra trimestre, vel semestre in die recessus, vel decessus computandum Nuncio prefato, ut ab eodem in Visitatorem deputaretur, & confirmaretur, nominare posset, & deberet, ita tamen, ut non possent Visitatores hujusmodi successive, & immediate ex eodem Collegio, Congregatione, Ordine, Communitate, Societate, aut Corpore particulari assumi, aut nominari, & deputari; Quodque si nominatio hujusmodi per Visitatorem Superstitem intra semestre, ut supra praefixum facta non foret, aut si aliquando contigeret Visitatores praefatos simul, vel alterum superstitem, non facta alterius nominatione recedere, vel decedere, tunc illorum, seu alterius respective deputatio ad dictum Nuncium, & casu quo Nuncius non adesset, ad hanc S. Sedem devolveretur statui- mus, & ordinavimus. Et subinde controversias super praefatorum Monasteriorum visitatione exortas sopire cupiens, de pari memoratorum Cardinalium, in quorum Congregatione causa visitationis hujusmodi iterum examinata fuerat, quique quidquid a Patribus, eorumque Procuratoribus, & Advocatis utrimque deductum fuerat, audiverant, consilio, inhaerentes priori memorata Congregationis Decreto, nostrisque literis praedictis desuper emanatis, ac Decretum, & Literas hujusmodi confirmantes, & approbantes motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus praefatis Rectoribus, & Administratoribus supradictis Monasteriorum Monialium nullum jus, ne quidem cumulative, visitandi eadem Monasteria competere, sed solum administrationem spiritualem, & temporalem ipsorum Monasteriorum ad eos spectare decrevimus, & declaravimus; Decretumque, & declarationem hujusmodi sub excommunicationis latae sententiae poena per omnes, & singulas personas, quae illis quovis modo contraverint ipso facto incurrenda, inviolabiliter, & inconcussè observari praecipimus, & mandavimus, & alias prout in nostris pariter in forma Brevis die decima tertia Januarii proxime preteriti expeditis literis continetur. Ac de- mum per Nos accepto, quod defuncto Jacobo Charton, dum vixit, uno ex tri- bus Rectoribus, & Administratoribus Mo-

Contravenien-  
tium poena.

nasteriorum Monialium praefatarum in Regno Franciae consistentium, dilecti filii Carolus de Gamache, & Martinus Grandiu superstites eorundem Monasteriorum Rectores, & Administratores dilectum pa- riter filium Margaritum Ganguelin Pre- sbyterum in tertium Rectorem, & Admi- nistratorem Monasteriorum hujusmodi lo- co praedicti Jacobi defuncti elegerant, & oc- casione absentiae a Civitate Parisien. dicti Coelii Archiepiscopi Nuncii electionem, hujusmodi a quodam Vicario Ven. Fratris Archiepiscopi Parisien. in spiritualibus generaliter confirmari curaverant, seu idem Margaritum curaverat, ipseque Margari- thus sive ejusdem Coelii Archiepiscopi Nuncii consensu munus tertii Rectoris, & Administratoris dictorum Monasteriorum assumpserat: Nos iustis, & rationabilibus ex causis Nobis notis adductis, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudi- ne similibus electionem dicti Margarithi in tertium Rectorem, & Administratorem, praefatorum Monasteriorum a memoratis Carolo de Gamache, & Martino Grandiu, necnon ejusdem electionis confirmationem a praedicto Vicario generali, sicut praemittitur, respective factas cum inde sequi- tur quibuscumque cassavimus, & annulla- vimus, viribusque, & effectu penitus, & omnino evacuavimus, ac cassas, irritas, & nullas, viribusque, & effectu vacuas esse, & perpetuo fore decrevimus pariter, & declaravimus districte inhibentes praefato Coelio Archiepiscopo Nuncio, ne d. Mar- garithi electionem hujusmodi confirmaret ullumque desuper consensum praestaret; omnibus vero, & singulis Monialibus praedictis, earumque Priorissis, & Superioris- sis quibuslibet, ne ipsum Margaritum in eorum Rectorem, & Administratorem, seu Superiorem ullatenus admitterent, seu re- cognoscerent, ullamque ei tanquam tali obedientiam, vel reverentiam exhiberent; Ipsi autem Margaritho sub excommunicatio- nis latae sententiae per eum in casu con- traventionis ipso facto incurrenda, apo- stolica auctoritate praecipientes, & prohiben- tes, ne in administratione, regimine, & gubernio praefatorum Monasteriorum, aut alicujus illorum se se immiscere, seu in genere, aut uti Rectorem, & Administra- torem Monasteriorum hujusmodi, seu alicujus eorum publice, vel privatim, tam conjunctim, quam divisim se gerere ullo modo auderet, vel praesumeret. Praeterea dilectum filium Renatum Almeras Praepo- situm Generalem Congregationis Presby- terorum secularium Missionis nuncupat. in tertium Rectorem, & Administratorem, memoratorum Monasteriorum Monialium in locum praedicti Jacobi defuncti cum om- nibus, & singulis facultatibus, quae simili- bus Rectoribus, & Administratoribus a me- morato Clemente Praedecessore per suas literas supradictas concessae fuerunt, salva tamen dictarum binarum literarum nostrarum in omnibus, & per omnia dispositione, constituimus, & deputavimus. Ad haec nul- lam

Margarithi  
Ganguelin...  
electio in ad-  
ministratore  
nulla declara-  
ta.

Pro bono re-  
gimine invi-  
silat.

Iam Monialem, quae praefatis nostris lite- ris inobediens esset, vel foret, in Prioris- sam, seu alterius nominis Superiorissam cujuscumque ex praefatis Monasteriis eligi, vel assumi, aut prius electam, seu assum- ptam in ejusmodi Priorissa, seu Superio- rissa munere confirmari posse decrevimus pariter, ac statuimus, & ordinamus. Ac praemissa omnia, & singula praefatis Visita- toribus, necnon Rectoribus, & Admi- nistratoribus, ac Priorissis, Superiorissis, & Monialibus quibuscumque Monasteriorum hujusmodi sub inobedientiae, ac privato- nis officiorum poenis eo ipso, si contraven- rint, absque alia declaratione incurrendis inviolabiliter, & inconcussè observari man- davimus, & praecipimus, & alias, prout in nostris desuper etiam in forma Brevis die 11. Aprilis 1661. emanatis literis, latius con- tinetur.

§.2. Cum autem (sicut nuper accepim- us) memorati Carolus de Gamache, & Martinus Grandiu Superstites, ut praefat- ur, Monasteriorum supradictorum Recto- res, ternis nostris literis praedictis morem gerere ita pertinaciter recusaverint, & re- cularent, ut prudenter timeatur ne gravis- sima exinde universo Ordini praefatarum Monialium Carmelitanarum exalceatarum Regni Franciae in spiritualibus, & tem- poralibus detrimenta consequantur, ac pro- inde expedit illos ab eorundem Mona- steriorum regimine, & administratione, amoveri, & quia tres soli Rectores sedulo, & diligenter, ut par est, regendis, & gu- bernandis sexaginta, & amplius earum- dem Monialium Monasteriis per dictum Regnum dispersis minime sufficiunt, aliam praesenti statu congruentiorem regiminis institui rationem: Idcirco Nos pro com- missa Nobis coelitus pastoralis sollicitudine detrimenta hujusmodi quantum Nobis ex alto conceditur avertere, ac felici, pro- spero quoque ejusdem Ordinis, in quo Monia- les quamplurimae vite munditia, morum honestate, religiosaeque conversationis, & multiplicium virtutum decoribus ornata in humilitatis spiritu vota sua Deo reddere student, regimini, progressui, & incremen- to propensissimis paternae charitatis nostrae studiis consulere cupientes, necnon praedictarum Clementis, Pauli, Gregorii, & Urbani Praedecessorum, ternarumque nos- trarum, & aliarum quarumvis Literarum Apostolicarum Monasteria praedicta quo- vis modo concernentium tenores, & da- tas etiam veriores, aliaque etiam specia- lem, & individuum mentionem, & expres- sionem requiritam praesentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum ex- pressis, & insertis habentes, de supradicto- rum Cardinalium negotiis, & consultatio- nibus Episcoporum, & Regularium praepo- sitorum consilio, motu, scientia, delibe- ratione, & potestatis plenitudine paribus exemptionem dicto Ordini pridem concessam approbantes, & confirmantes omnia, & singula Monialium Carmelitanarum ex- calceatarum Monasteria tam haftenus ere-

cta, quam perpetuis futuris temporibus, benedictis Domino, erigenda, eorum- que Abbatisas, Priorissas, & cujusvis no- minis Superiorissas, Moniales, Conventus, Visitatores, Rectores, Officiales, Mi- nistros, Servientes, & alias personas quas- cumque, necnon proprietates, & bona uni- versa, mobilia, & immobilia praesentia, & futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, generis, speciei, & naturae existentia, ac ubicumque ad illa, quovis modo specta- tia, seu ab illis quomodocumque, & qua- litercumque dependentia ab omni, & qua- cumque Venerabilium Fratrum, Prima- tum, Archiepiscoporum, & Episcoporum dicti Regni, & aliorum quorumvis Ordinariorum, seu eorum cujuslibet Officia- lium, & Vicariorum in spiritualibus ge- neralium, necnon Protectorum Ordinum, ac Generalium, & Provincialium, Prio- rum, seu Ministrorum, aliorumque Prae- latorum, & Superiorum, & Fratrum quo- rumcumque Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo tam mitigatorum, seu antiquae observantiae, quam disalceatarum nuncu- patorum jurisdictione, visitatione, corre- ctione, reformatione, subjectione, obe- dientia, superioritate, & auctoritate (sal- va tamen semper eorundem Ordinariorum jurisdictione in casibus, in quibus ju- xta Sacri Tridentini Decreta Concilii il- lam in Monasteria quantumvis exempta, & praesertim circa clausuram regularem, exercere possunt), necnon a quocumque cura, regimine, gubernio, administratio- ne, & potestate praefatorum Caroli de Ga- mache, & Martini Grandiu, ac etiam Re- nati Almeras a Nobis, sicut praemittitur, deputati modernorum Rectorum, & Ad- ministratorum, seu immediatorum Superi- orum eorundem Monasteriorum Monialium Carmelitanarum exalceatarum, (quos omnes, & singulos harum serie re- vocamus, & destituimus, ac omni superio- ritate, & administratione eis respective in Monasteria hujusmodi quovis modo nunc competente perpetuo privamus, & priva- tos esse, & perpetuo fore volumus, & de- claramus, in spiritualibus, & temporalibus denuo penitus, & omnino itidem per- petuo tenore praesentium eximimus, & ple- narie liberamus. Ac eundem Ordinem, Monialium exalceatarum Regni Franciae, ejusque Monasteria, Conventus, Superio- rissas, Moniales, Visitatores, Rectores, seu Superiores immediatos, ut infra dice- tur eligendos, Officiales, Ministros, Ser- vientes, & personas, & bona, aliaque praedicta sub Beati Petri, & dicte Sedis, ac nos- tra, & Romani Pontificis pro tempore, existentis protectione, & inviolabili con- servatione retinemus, & iterum suscipimus.

Rectores non  
nullos & ad-  
ministratores  
destinat.

§.3. Praeterea prisco, modernoque di- versarum Monialium, etiam in Regno Franciae praefato degentium usui, & consue- tudini inherentes, ac peculiarem singulis earundem Monialium Carmelitanarum Monasteriis gratiam facere volentes, quo pax, & concordia, animorumque unio fir- mius,

mius, & stabilius conferrentur unicuique ex Monasteriis Monialium Carmelitanarum Excalceatarum Regni Franciæ tam hæcenus erectis, quam post hæc erigendis facultatem eligendi de triennio in triennium peculiarem suam Rectorem, seu Superiorem Ordinarium immediatum, qui tamen ad alia triennia successively toties confirmari possit, quoties bono Monasterii gubernio ita expedire, & necessarium esse videbitur, eorundem tenore præsentium impartitur: Electorem autem hujusmodi per viam sacragiorum ab Abbatisa, seu Priorissa, quæ ad hunc effectum duplicis voti prærogativa gaudeat, necnon a Superiorissa, & Monialibus depositariis cuiuslibet Monasterii respective in termino sex hebdomadam a significatione præsentis Ordinationis, seu stabilimenti pro hac prima vice, & deinceps a morte, renunciatione, seu vacatione immuneris Rectoris pro tempore existentis computandarum fieri volumus, si vero ejus modi electio in dicto termino non fiat, deputatio Rectoris ad præfatam Cœlium Archiepiscopum modernum, & pro tempore existentem Sedis Apostolicæ in eodem Regno Nuncium eo ipso spectabit, ad quem etiam, si ve ad Ordinarium loci uti Sedis præfata delegatum, semper pertinebit confirmatio Rectoris, sicut præmittitur pro tempore electi, qui ante obtentam confirmationem hujusmodi in munere Rectoris, seu Superioris immediati sese ingerere nullo modo poterit: Hac tamen lege, ut ejusmodi Rectores successively, & immediate ex eodem Corpore, Collegio, Congregatione, Societate, Capitulo, aut Communitate eligi nunquam possint sub pœna nullitatis, & inobedienciæ. Similis autem Rector, seu Superior Ordinarius sic electus, & confirmatus curam, regimen, & gubernium Monasterii, a quo electus fuerit, habeat, cum facultate recipiendi, & admittendi Moniales ad habitum, & professionem regulares, assistendi, & præsidendi electionibus Priorissæ, Officiariorum ipsius Monasterii, dandi Monialibus facultates, & obedientias, seu literas obedientiales convenientes, & necessarias, ac invigilandi observantiæ regularis disciplinæ, necnon Constitutionum Apostolicarum, & statutorum ejusdem Ordinis approbatorum, ac etiam stabilimentorum, & ordinationum a Visitatoribus Apostolicis factarum, dummodo Sacris Canonibus, & Sacrorum Conciliorum præsertim Tridentini Decretis, Apostolicisque, & dicti Ordinis Constitutionibus non adversentur, non poterit tamen ejusmodi Rector, seu Superior Ordinarius immediatus ullo unquam tempore directe, vel indirecte, private, vel cumulative, seu alias quomodolibet sese ingerere in visitatione, aut alia quavis functione, quæ ad peculiare officium visitatoris Monasteriorum hujusmodi spectet, ad hoc multis justis, & rationabilibus ex causis Nobis notis adductis, neminem ex Rectoribus eorundem Monasteriorum, qui munus hujusmodi gesserunt, seu ad illud af-

*Affendantur nonnulli, qui eligi non possunt.*

sumpti fuerunt antequam præfata nostra littera die 11. Aprilis proxime præteriti expeditæ emanarent, in Rectorem cuiusvis ex Monasteriis erectis, & erigendis hujusmodi ullo unquam tempore eligi, seu deputari, aut confirmari posse decernimus, sub pœna ipsis quidem Rectoribus, si ejusmodi Rectoris munus sibi procuraverint, aut illud acceptaverint, nullitatis quorumvis actorum per eos gerendorum, ac excommunicationis late sententiæ per eos ipso facto absque alia declaratione incurrendæ, Monasterio vero privationis juris eligendi pro ea vice, quod eo ipso ad memoratum Nuncium devolvatur. Ut autem uniformitas gubernii tanquam unitas corporis in eodem Ordine Carmelitanarum Excalceatarum Regni Franciæ conferretur, omnia, & singula Monasteria erecta, & erigenda ejusdem Ordinis tam in capite, quam in membris, eorumque Abbatisas, Priorissas, Moniales, & alias personas, ac bona, aliæque qualibet ab illis dependentiæ cure, visitationi, obedientiæ, superioritatis, & omnimodæ jurisdictioni visitatorum perpetuorum jam stabilitorum, & deputatorum, eorumque Successorum juxta tenorem ternarum nostrarum litterarum supradictarum denuo supponimus, & subiciamus, hac tamen lege, ut in casu mortis, vel recessus unius ex eisdem Visitatoribus, Superstes duos viros conditione, doctrina, capacitate, & probitate ad munus hujusmodi requisitis præditos memorato Nuncio nominet, qui unum ex illis in Visitatorem deputet, salva, & illega, ac inviolabili in cæteris omnibus remanente prædictarum litterarum nostrarum super deputandis eisdem Visitatoribus, eorumque subdelegatis, die 2. Octobris 1659. emanatarum dispositione. Ipsi autem Visitatoribus perceptis uti Majoribus sub suprema nostra, & hujus Sanctæ Sedis potestate Superioribus omnium, & singulorum Monasteriorum hujusmodi per præsentem injungimus, ut ipsa Monasteria per se ipsos, vel quando legitime impediti fuerint per suos Subdelegatos temporibus solitis juxta usum dicti Ordinis, & extra Ordinem in casibus a jure stabilitis urgentis, aliarumque necessitatum pro tempore occurrentium visitent, nec in functionibus, quæ memoratis Rectoribus, seu Superioribus immediatis, ut supra peculiariter attributæ, & affectæ existunt, ullatenus se ingerant, nisi in casibus, in quibus iidem Rectores excederent, aut concessis sibi facultatibus abuterentur, & tunc Priorissa, & Moniales poterunt, debentque ad eosdem Visitatores recurrere, seu ipsimet Visitatores, & propriæ vigilantie debito partes suas interponent ad corrigendum, reformandum, & ordinandum juxta dispositionem supradictarum Urbani Prædecessoris litterarum, die 11. Aprilis 1632, expeditarum, ad quas relationem haberi volumus.

§.4. Porro si contingat (quod Deus avertat) progressu temporis Visitatores auctoritate, & jurisdictione, quas illis per prædictas

*Moniales visitatorum obedientie subiectas esse declarant.*

dictas nostras die 2. Octobris 1659. emanatas Literas attribuimus, & per præsentem subdelegamus, abuti, Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem super ea audiri volumus, ut quod desuper statuendum fuerit matura deliberatione adhibita decernamus, & Romanus Pontifex pro tempore existens decernat. Quia vero exacta observatio clausuræ puritati Monialium conservandæ eximie, & præcipue conducit, & Moniales Carmelitane ex præscripto earum reformationis solitudinem peculiari instituto profitentur, præfato Nuncio, & pro tempore existenti, necnon quibusvis Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prelatis, ac Visitatoribus, Rectoribus, & aliis quibuscumque memoratorum Monasteriorum Superioribus serie, & districte prohibemus, ne Mulieribus quibuslibet cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & qualitatis existant, etiam Principatus honore fulgeant, ingressum in eadem Monasteria, seu aliquid ex illis ullo modo permittant. Volentes, & decernentes, ut Visitatores præfati, dum visitabunt eorundem Monasteriorum clausuram ad expediendos ullos actus, qui ad crates fieri & expediri poterunt, exempli causa scrutinium, Capitulum, ac sermones, & admonitiones spirituales nullatenus ingrediantur; nec casus necessitatis ingrediendi eadem Monasteria aliter quam juxta interpretationem, & intellectum juris, & Conciliorum, ac Constitutionum dicti Ordinis a Sede Apostolica approbatarum ullo modo interpretentur. Crates autem præfatas nisi in casibus per easdem Constitutiones expressis aperiri prohibemus, in quibus Constitutionibus neque Visitatores, neque Rectores, seu Superiores ullo unquam tempore ex quacumque causa, seu prætextu dispendiare, aut Monialibus egressum ex eorum Monasteriis, seu Clausuris cœli mutandi, vel aquas minerales ob infirmitatem adeundi, aliave simili ex causa permittere poterunt.

*Nulli mulieri ingredi monasteria liceat.*

*Nec puellas educationis causet in d. Monasteriis admitti.*

§.5. Præterea cum spiritus solitudinis, & orationis, cui memoratæ Moniales Carmelitane juxta earum reformationem adherent, amitti, vel distrahi possit peculiari cura, quam puellarum, quæ in Monasteria hujusmodi per seculares favores contra usum dicti Ordinis educationis causa introduci possent, institutio, & instructio requireret; In præfato autem Regno per Dei gratiam alia in sufficienti numero reperiantur Monasteria Monialium, quæ Puellarum educationi, ac in disciplina, & moribus Christianis instructioni seculari instituto incumbunt. Idcirco earundem Monialium Carmelitanarum quieti proficere cupientes, ne in illarum Monasteria puellæ educationis, vel instructionis causa sub quovis prætextu, sine, aut ratione, quacumque auctoritate recipiantur, aut introducuntur districte prohibemus, & interdiciamus. Statuentes, & ordinantes, ut Puellæ, quæ habitum per præfatas Moniales Carmelitanas gestari solitum suscipere

desideraverint, postquam juxta consuetudinem, & Constitutiones dicti Ordinis examinate fuerint, in Monasteria hujusmodi recipi nequeant, nisi ætatem per easdem Constitutiones requisitam compleverint; Si vero eveniat, ut ob aliquam causam, seu rationem extraordinariam, & memoratorum Visitatorum judicio gravem aliquas dicta ætate minores admitti expedire comperiat, nulla tamen recipi unquam possit, quæ saltem quatuordecim annorum non impleverit ætatem; Postremo statuimus pariter, & ordinamus, ut quando nova Monasteria dicti Ordinis Monialium Carmelitanarum in præfato Regno Franciæ erigendi, seu fundandi occasiones se offerrent, memorati duo Visitatores Apostolici una cum Rectore, seu Superiore particulari Monasterii, ex quo Moniales pro fundando, seu erigendo ejusmodi novo Monasterio necessaria, & destinata extrahi debebunt, in simul voce, vel scriptis super ea re communicent, matureque deliberent, & statuunt, sicut secundum Deum expedire judicabunt. Quodsi ipsi tres conjunctim & concorditer de utilitate, & bono novæ erectionis, seu foundationis hujusmodi convenire nequeant, illa fieri nullo modo possint, nullitasque, & subreptionis, aliisque juridicis pœnis subjaceant. Cæterum supradictas Clementis, ac Pauli, Gregorii, & Urbani Prædecessorum, ac ternas nostras, aliasque Literas Apostolicas, in omnibus illis dumtaxat, quæ præsentibus ordinationibus quovis modo adversantur ex nunc revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac cassas, irritas, & nullas, viribusque, & effectu vacuas esse, & perpetuo fore decernimus, & declaramus.

*Claudite.*

§.6. Decernentes pariter easdem præfatas Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod præfati Carolus, Martinus, & Rhenatus, & alii quilibet cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præminentie, aut alias speciales, & individua mentione, & expressione digni existant, in præmissis interesse habentes, seu habere quovis modo prætendentes illis non consenserint, nec ad illa vocati, & auditi, neque cause, propter quas ipsæ præfates emanarint sufficienter, aut ullo modo verificatæ, justificatæ, & adductæ fuerint, seu ex alia qualibet quantumvis legitima, pia, juridica, & privilegiata causa, colore, ingenio, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque expressione requirente, & undecumque resultantem defectu notari, impugnari, limitari, infringi, modificari, retractari, ad viam seu terminos juris reduci, in controversiam

fiam vocari, seu adversus illas aperi-  
tionis oris restitutionis in integrum, aliudve  
quodlibet juris, gratia, vel facti remedium  
impetrari, seu intentari, aut impetrato,  
seu etiam motu, scientia, & potestates si-  
milibus concessio, vel emanato quempiam  
in judicio, vel extra illud uti, seu se ju-  
vare posse, neque easdem presentes lite-  
ras sub quibusvis similibus, vel dissimilibus  
dispositionum, ordinationum, & gratiarum  
revocationibus, limitationibus, aliisve  
contrariis dispositionibus pro tempore fa-  
ctis unquam comprehendi, aut comprehen-  
sas censer; sed semper ab illis exceptas, &  
quoties illae emanabunt, toties in pristinum,  
& validissimum statum restitutas, re-  
positas, & plenarie reintegratas censer,  
firmasque, validas, & efficaces existere, &  
fore, ac ab illis, ad quos spectat, & quan-  
documque spectabit, inviolabiliter, & in-  
casse observari; Sicque, & non aliter in  
praemissis omnibus, & singulis censer, at-  
que ita per quoscumque Judices ordina-  
rios, & delegatos, etiam causarum Palatii  
Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E.  
Cardinales, etiam de latere Legatos, & Se-  
dis praefate Nuncios, aliosve quoslibet qua-  
cumque auctoritate, & potestate fungentes,  
& quodcumque functuros, sublata eis, &  
eorum cuilibet quavis aliter judicandi, &  
interpretandi facultate, & auctoritate judi-  
cari, & definiri debere, ac irritum, & ina-  
ne, si secus super his a quoquam quavis au-  
toritate scienter, vel ignoranter contige-  
rit attentari.

Decretum  
hoc inviolabi-  
liter observa-  
tur.

Contraveni-  
entium poe-  
na.

Contrariis  
derogatur.

§.7. Quocirca Venerabilibus Fratribus  
Lauden., & Mimaten. Episcopis per praesentes  
motu pari committimus, & mandamus,  
quatenus ipsi, vel alter eorum per se,  
vel alium, seu alios presentes Literas,  
& in eis contenta quaecumque ubi, & quan-  
do opus fuerit, & quoties pro parte interese  
in praemissis habentium, seu alicujus eorum  
fuerint requisiti solemniter publicantes,  
illisque in praemissis efficacis defensionis  
praesidio assistentes faciant auctoritate  
nostra praemissa omnia, & singula ab illis,  
ad quos spectat, & pro tempore spectabit  
inviolabiliter observari. Contradictores  
quoslibet, & rebelles per censuras, & poe-  
nas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris,  
& facti remedia appellatione postposita,  
compescendo, invocato etiam si opus fue-  
rit auxilio brachii secularis.

§.8. Non obstantibus praedictis Cle-  
mentis, ac Pauli, Gregorii, & Urbani Prae-  
decessorum, Nostriisque Literis, ac qua-  
tenus opus sit nostra, & Cancellariae Apo-  
stolicae Regula de non tollendo jure quaesito,  
necnon similis recordationis Bonifacii  
Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri  
de una, & Concilii Generalis de duabus  
diets, dummodo aliquis auctoritate praesentium  
ultra tres diets in judicium non  
trahatur, aliisque Constitutionibus, & Or-  
dinationibus Apostolicis, ac omnibus, &  
singulis illis, quae memorati Praedecessores  
voluerunt, Nosque etiam volumus res-  
pective in Literis praedictis non ob-  
stare.

Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro  
illorum sufficienti derogatione de illis, eo-  
rumque totis tenoribus specialis, specifica,  
expressa, & individua, ac de verbo ad  
verbum, non autem per clausulas genera-  
les idem importantes, mentio, seu quaev-  
vis alia expressio habenda, aut quaecumque  
alia exquisita forma, ad hoc servanda foret,  
tenores hujusmodi, ac si de verbo ad  
verbum, nihil penitus omisso, & forma  
in illis tradita observata exprimerentur, &  
infererentur, praesentibus pro plene, &  
sufficienter expressis, & insertis habentes,  
illis alias in suo robore permanens, ad  
praemissorum effectum hac vice dumtaxat  
latissime, & amplissime, ac specialiter, &  
expresse derogamus, ceterisque contrariis  
quibuscumque. Aut si praedictis, & aliis  
quibusvis personis communiter, vel divi-  
sim ab eadem sit Sede indultum, quod in-  
terdicti, suspendi, vel excommunicari non  
possint per Literas Apostolicas, non facien-  
tes plenam, & expressam, ac de verbo ad  
verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptio-  
rum fides.

Dat. die 26.  
Sept. 1660.  
An. VI.

§.9. Volumus autem, ut earumdem  
praesentium Literarum transumptis, etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici  
subscriptis, & sigillo personae in Ecclesia-  
stica dignitate constitutae munitis, eadem  
prorsus fides ubique locorum, & gentium,  
tam in judicio, quam extra illud adhibea-  
tur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si  
forent exhibitae, vel ostense.  
Datum Romae apud S. Mariam Majorem  
sub Annulo Piscatoris, die 26. Sept. 1660.  
Pontificatus nostri Anno VI.

CCCXIV.

Confirmat Decretum Sacrae Congregatio-  
nis Regularium, quod Fratres Ordinis  
B. Mariae de Mercede Redemptionis Cap-  
tivorum possint sibi eligere Judicem  
Conservatorem.

Circa electionem Conservatorum vide ad Con-  
stit. Gregor. XV. Sanctissimus.

ALEXANDER PAPA VII.  
Ad futuram rei memoriam.

Alia pro parte dilecti filii Francisci de  
la Rosa Vicarii Generalis Italiae, &  
Siciliae, & Procuratoris Generalis totius  
Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Mercede  
Redemptionis Captivorum, Congrega-  
tioni Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Car-  
dinalium negotiis, & consultationibus Epi-  
scoporum, & Regularium praepositi expo-  
siti, quod licet eidem Ordini amplissima  
communicatio privilegiorum, quibus alii  
Ordines Mendicantes fruuntur, a fel. rec.  
Leone X., ac Clemente VII., & Sixto V.  
Romanis Pontificibus Praedecessoribus no-  
stris concessa reperiretur, & inter alia pri-  
vilegia hujusmodi eisdem Ordinibus indul-  
ta esset facultas eligend. Judices Conserva-  
tores, qui jura eorum tueantur, eosque ab  
injuriis, & violentiis defendant, confer-  
vato-

Expositio.

vatorumque hujusmodi electio veniret sub  
communicatione privilegiorum, sicut Con-  
gregatio ejusdem S. R. E. Cardinalium Con-  
cilii Tridentini Interpretum, die 12. De-  
cembrii 1620. dicitur declarasse: nihilo-  
minus primodictus Ordo quando se offere-  
bat occasio, aut necessitas praedictos Judi-  
ces Conservatores eligendi varias patieba-  
tur molestias, pluraque cogebatur sustinere  
gravamina pro stabilienda praedicta facul-  
tate Judices Conservatores eligendi, cum  
magno praedicti ipsius Ordinis, & gravissi-  
mo detrimento ejus jurium, ac pii operis  
Redemptionis Captivorum, quod ex proprio  
Instituto, ac speciali quarto, solemnique  
voto administrat, & proficitur.

§.1. Et propterea supplicato primodi-  
ctae Cardinalium Congregationi, ut decla-  
raret memorato Ordini Beatae Mariae de  
Mercede Redemptionis Captivorum vigo-  
re communicationis privilegiorum supra-  
dictorum competere facultatem eligendi  
Judices Conservatores in casibus a jure, &  
per speciales Constitutiones Apostolicas  
permisissis, tam pro personis, rebus, & bo-  
nis ipsius Ordinis, quam pro praefato ope-  
re Redemptionis Captivorum juxta tenore  
Constitutionum rec. mem. Clementis  
Papae VIII., & Gregorii Papae XV. Prae-  
decessorum pariter nostrorum, necnon de-  
clarationis dictae Congregationis: Emanavit  
ab eadem Congregatione Cardinalium  
negotii, & consultationibus Episcoporum,  
& Regularium praeposita Decretum tenoris  
qui sequitur, videlicet.

§.2. Sacra Congregatio Eminentissimorum  
S. R. E. Cardinalium negotiis, & con-  
sultationibus Episcoporum, & Regularium  
praeposita, attentis narratis, & communi-  
catione privilegiorum hujusmodi censuit,  
ejus vigore praefate Religionis B. Mariae de  
Mercede Redemptionis Captivorum competere  
jus eligendi servatis, servandis sibi Conserva-  
torem, prout ei competere praesentis De-  
creti tenore declarat, & decernit, contra-  
riis quibuscumque non obstantibus: ac su-  
per praemissis expediri Breve, si Sanctissi-  
mo D. N. placuerit. Romae 10. Septem-  
bris 1660.

M. Card. Ginettus.  
§.3. Cum autem, sicut dictus Francis-  
cus Nobis nuper exposuisset, ipse Decretum  
hujusmodi pro firmiori illius subsisten-  
tia apostol. confirmationis nostrae robo-  
re communiri summopere desideret: Nos  
ipsum Franciscum specialibus favoribus, &  
gratiis prosequi volentes, & a quibusvis ex-  
communicationis, suspensionis, & inter-  
dicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, cen-  
suris, & poenis a jure, vel ab homine qua-  
vis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodatus existit, ad effe-  
ctum praesentium dumtaxat consequendum  
harum serie absolventes, & absolutum fore  
censentes, supplicationibus ejus nomine  
Nobis super hoc humiliter porrectis incli-  
natis, Decretum praesertim auctoritate  
apostolica tenore praesentium confirmamus,  
& approbamus, illisque inviolabilis  
Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

Decretum  
praesertim  
confirmatur.

apostolica firmitatis robor adiciamus, sal-  
va tamen semper in praemissis auctoritate  
ejusdem Congregationis Cardinalium.

§.4. Decernentes easdem praesentes li-  
teras semper firmas, validas, & efficaces  
existere, & fore, suosque plenarios, & in-  
tegrus effectus sortiri, & obtinere, ac illis,  
quos spectat, & pro tempore spectabit, ple-  
nissime suffragari; Sicque in praemissis per  
quoscumque Judices ordinarios, & delega-  
tos, etiam causarum Palatii Apostolici Au-  
ditores judicari, & definiri debere, ac ir-  
ritum, & inane, si secus super his a quo-  
quam quavis auctoritate, scienter, vel igno-  
rante contigerit attentari.

Clausulas ap-  
positas.

Derogatio  
contrariorum.

Transumptio-  
rum fides.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Con-  
stitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-  
cis, ceterisque contrariis quibuscumque.  
§.6. Volumus autem, ut praesentium  
transumptis etiam impressis, manu alicujus  
Notarii publici subscriptis, & sigillo per-  
sonae in ecclesiastica dignitate constitutae  
munitis eadem prorsus fides in judicio, &  
extra ubique adhibeatur, quae ipsis praesen-  
tibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel  
ostense.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis  
Dioecesis, sub Annulo Piscatoris, die 9.  
Octobris 1660. Pont. nostri Anno VI.

Dat. die 9.  
Oct. 1660.  
An. VI.

CCCXV.

Constitutio super habitu Praelatio ab Ab-  
batibus Generalibus Congregationis Oli-  
vetanae deferendo.

ALEXANDER EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem ad ea, per  
qua personarum Ecclesiasticarum,  
quarumlibet, praesertim Congregationum  
Monasticarum regimini, & administratio-  
ni, ac ornamento, divinique cultus cele-  
britati, & decori consulitur, libenter in-  
tendere, ac in illis Pastoralis officii sui par-  
tes favorabiliter interponere, proat loco-  
rum, & personarum hujusmodi circumstan-  
tiis debite pensatis, ad devotionis Christi-  
fidelium augmentum, & propagationem,  
necnon Altissimi laudem prospicit in Do-  
mino salubriter expedire.

Procuratio.

§.1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro  
parte dilecti filii Angeli Mariae Forelli Ro-  
mani Monachi Ordinis Congregat. Olive-  
tanae expresse professi Monasterii S. Mariae  
Novae nuncupatae de Urbe Provinciae Nea-  
politanae, & moderni ejusdem Congrega-  
tionis Abbatis Generalis petitio continebat  
quod cum inter Congregationes Monacho-  
rum Italiae Congregatio Olivetana Ordinis  
S. Benedicti celebris, ac a Sede Apostolica  
pluribus favoribus, & gratiis decorata exi-  
stat, illiusque Abbas Generalis Mitra, bac-  
culo, & annulo pastoralibus insigniis utatur,  
potiatur, & gaudeat, plurimum tam-  
en decori, & dignitati Abbatis Genera-  
lis ejusdem Congregationis videretur con-  
veni-

Supplicatio.

venire, ipsum, & Successores suos pro tempore existentes Abbates Generales a Nobis, & Sede praefata aliqua digniori prerogativa decorari, & illustrari.

§.2. Quare pro parte dicti Angeli Mariae moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis fuit Nobis humiliter supplicatum, quatenus ejusdem Congregationis Olivetanae, ejusque Abbatum Generalium pro tempore existentium decori consulere aliisque in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Ecclesiarum quarumlibet, & Congregationum decorem, divinique cultus augmentum nostris potissimum, temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, cumdem Angelum Mariam Modernum Abbatem Generalem, & Successores suos pro tempore existentes Abbates Generales praedictos, ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore sententes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac honoris votis ipsius Angeli Mariae hac in parte favorabiliter annuentes, eidem Angelo Mariae Moderno ejusdem Congregationis Abbati Generali, ejusque Successoribus Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus praedictis, ut de caetero perpetuis futuris temporibus tam in Romana Curia, quam extra eam, ac ubique locorum, ubi dictum Angelum Mariam, & pro tempore existentes Abbates Generales praefatos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, necnon quibusvis actibus, & processibus, etiam coram Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus etiam in Cappellis Pontificiis, Mozzeis, & Mantelletam coloris habitus ipsius Congregationis Olivetanae una cum pileo, & bireto Praelaticis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere libere, & licite possit, & valeat, ac possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem desuper impertimur.

Supplicanti conceditur Mozzeis, & Mantelletam coloris ipsius Congregationis cum pileo & bireto praelaticis induere.

Clausula.

§.3. Decernentes ipsum Angelum Mariam, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales praedictos super delatione, gestatione, & usu Mozzeis, Mantelletae, Pilei, & Bireti praefatorum a quoquam sub quovis pretextu, vel causa, & occasione nullatenus impediri posse: praesentes quoque semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, nec sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties praesentes in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Angelum Mariam, & Successores praefatos Abbates Generales pro tempore existentes quodcumque eligenda concessas esse, & fore. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis praefatae Nuncios judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, & Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinibus, & Congregationis Olivetanae hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

§.5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, indulti, impartitionis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Clausulae penales.

Datum in Arce Gandulphi Dioecesis Albanensis, Anno Incarnat. Dominicae 1660. Idibus Octobris. Pontificatus nostri Anno VI.

Datum die Oct. 1660. An. VI.

CCCXVI.

Concedit Conventum B. Petri de Nolasco Terrae Rocca di Papa, Dioecesis Tusculanae Fratrum B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum.

ALEXANDER PAPA VII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio.

AD sacrosancti Apostolatus apicem, nullo licet meritorum nostrorum suffragio per iness. Divinae bonitatis abundantiam effecti, muneris nostri esse arbitramur, ut Congregationes virorum sub suavi arctioris Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas paterna benignitate, prosequentes, felicibus earum incrementis quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studeamus.

§.1. Volentes itaque Congregationi Fratrum Discalceatorum Reformatorum nuncupatorum, Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum gratiam facere specialem, Conventum B. Petri de Nolasco, olim Fratrum dicti Ordinis, in Terra Rocca di Papa nuncupata, Tusculanae Dioecesis positum, cum illius Ecclesia, ac bonis, & oneribus universis praedictae Congregationi Fratrum Discalceatorum, itaut Conventus hujusmodi de caetero Conventui S. Joannis de Urbe ejusdem Congregatio-

Conceditur gratia prout in Rubrica.

Papali: la mezza lira, un Giulio, il quarto di lira, un Grosso.

ALEXANDER PAPA VII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Meditatio cordis nostri ad ea praecipue convertitur, per quae Nostrorum, & S. R. E. in temporalibus Subditorum utilitatibus opportuna ratione consulitur. Cum itaque alias dilectus filius Noster Hieronymus tituli S. Agnetis prope, & extra moenia Urbis ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Farnesius nuncupatus, Noster, & Sedis Apostolicae in Civitate, & Comitatu Bononiensi nostris de Latere Legatus, Edictum super monetis cum diversis ordinationibus jussu nostro ediderit, & die 14. Augusti 1659. publicari fecerit, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.1. Volendo la Santità di Nostro Signore Alessandro VII. che tutte le monete dello Stato Ecclesiastico habbiano corrispondenza con la Romana, e che si ragguagliano con lo Scudo, Testone, e Giulio Papale, ne possino per varietà de tempi, o mutazione intrinseca, o per qualsivoglia accidente ricevere alterazione nel loro valore discrepante della valutazione di Roma, e essendosi sopra ciò pubblicato Editto, e Bando nelle due Legazioni Romagna, e Ferrara, in conformità degl'Ordini della Santità Sua. Quindi e, che l'Eminentissimo Sig. Card. Farnese Legato di Bologna, con partecipazione, e consenso degl' Eccelsi Signori Anziani Consoli, e degl' Illustrissimi Sig. Consaloniero di Giustizia, & Assenti sopra la Zecca; Ordina, e comanda che in questa Città, Contado, e sua Legazione debba esser realmente, e non magnariamente la lira e fettiva del valore, e bontà intrinseca di due giuli Romani, e così debba conservarsi, mantenersi, spendersi, e contrattarsi in avvenire senza mutazione, o alterazione alcuna, e che debba essere la quinta parte dello scudo Romano inalterabilmente, così la mezza lira dovrà sempre corrispondere al giulio Papale, il quarto di lira al grosso, l'ottavo di lira al mezzo grosso, ed il decimo di lira a due bajocchi, il bolognino di valuta di sei quattrini dovrà essere la vigesima parte della lira, e decima parte del giulio, ed in questa conformità, e non mai in lire immaginarie; Comanda Sua Eminenza a Mercanti, Negozianti, Contraenti, Razionali, Computisti, Giudici, Notari, ed ogni altra persona di qualsivoglia grado, stato, e condizione, laica, o ecclesiastica, etiam regolare di dover contrattare, spendere, ricevere, calcolare, giudicare, assegnare, disporre, legare, donare, o pattuire tanto nella sorte, quanto nelli frutti, sotto pena non solo della nullità del contratto, ma ancora della perdita del danaro, somma, e robba contrattata, e di scudi cento d'oro, da applicarsi alla Camera di Bologna. Dichiarando, che sieno compresi nella medesima pena non solo i contraenti, ma anche

Edictum Cardinalis Farnesii, quo jubetur, ut in Rubrica.

Contravenientia in p. 222.

Decretum irritans.

Contrariolus.

gationis sub obedientia dilecti filii Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, qui in dicto Conventu S. Joannis residere solet subiaceat, & dictus Procurator Generalis Superiorem, & familiam sex saltem Presbyterorum, & duorum Conversorum Fratrum Discalceatorum Reformatorum Congregationi hujusmodi in primodicto Conventu collocare debeat, ipsique Procuratori Generali liceat per se, vel alium, seu alios memoratae Congregationis nomine corporalem, realem, & actualem possessionem, seu quasi possessionem primodicti Conventus, ejusque Ecclesiae, ac bonorum, reddituum, proventuum, pertinentiarum, & jurium universorum propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, Dioecessani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, auctoritate Apostolica, tenore praesentium perpetuo applicamus, & appropiamus.

§.2. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: sique in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si ecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de perpetuis applicationibus quoruncumque bonorum, & fructuum Ecclesiasticorum committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero anno valore secundum communem aestimationem, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praedictorum Ordinis, Congregationis, Conventuum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17 Oct. 1660. An. VI.

Datum in Arce Gandulphi Dioecesis Albanensis, sub Annulo Piscatoris die 15. Octobris 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

CCCXVI.

Ordine, e dichiarazione, che nella Città di Bologna, Contado, e sua Legazione la Lira si spenda a ragione di due Giuli Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

tutti quelli, che avranno parte, concor- reranno, e consentiranno nella suddetta contravvenzione.

§.2. Volendo di più Sua Eminenza, che tutti li Banchieri, Bancharotti, Mercanti, Gabbellieri sino avvertiti, e particolarmente nelle monete di lega, ed altre tol- lerate, che non sino alterate, e ritrovando tali ne diino subito notizia in Torrone perchè si possino fare le diligenze necessa- rie, sotto pena della perdita della moneta di scudi duecento, ed altre etiam corporali arbitrarie, etiam della Galera. E perchè siano meglio osservate, ed avvertite le cose suddette, vuole l'Eminenza Sua, che ogni Banchiero, Mercante, Speciale, Beccaro, Fornaro, Lardarolo, ed Oite tenga questo Bando affisso ne' loro Banchi, e Bottega, sotto pena di scudi 50.

§.3. In oltre proibisce Sua Eminenza al Zecchiero presente, e che farà pro tem- pore in questa Città, il poter in avvenire battere altra moneta d'argento, che la so- pradetta, cioè scudo da cinque lire, testoni da una lira e mezza, lira da due giuli, mezza lira da un giulio, quarto di lira da un grosso, ottavo di lira da mezzo grosso, decimo di lira di due bolognini, di sei qua- trini l'uno, e tutte le suddette monete do- vranno essere effettive del valore, bontà, e qualità sopra espresse. Volendo che gli ordini, e provisioni suddette abbiano luo- go, e sino puntualmente osservati, anco ne luoghi Baronali, e Feudali sotto le pe- ne in essi espresse.

§.4. E perchè le monete forastiere d'ar- gento potrebbero cagionare alterazione di prezzi differenti dalla valutazione Roma- na: statuisce l'Eminenza Sua, che le dette monete non possino spenderfi, ne valu- tarsi se non secondo la Tariffa, che si darà fuori col faggio, e peso di ciascuna di esse, e secondo il loro vero valore. Avverten- do ogn' uno a non contravenire, perchè contro li trasgressori si procederà per In- quisiizione ex officio a denuncia, ed in ogn' altro miglior modo alla Corte favorevole. Volendo, che il presente Bando affisso, e pubblicato ne' luoghi soliti si abbi per legiti- mamente a ciascheduno personalmente intimato. In quorum fide &c. Datum. Bononiae die 13. Augusti 1659.

- G. Card. Farnese Legato. Franc. Jo: de S. P. V. ex Just. Andreas Ghislardus Assumptus. Fulvius Bentivolus Assumptus. Jo: Luparus Assumptus. Caesar Blanchinus Assumptus. Marius Cafalis Assumptus.

Decretum. & insertum confirmat.

§.5. Hinc est, quod Nos praemissorum omnium, & singulorum firmiori robori, & inviolabili observantiae consulere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque apostolica potestatis plenitudine, edictum praesertim cum omnibus, & singulis in eo contentis, & inde sequentis, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, il- laque rata, & grata habemus, ac jussu no-

stro emanasse declaramus, & attestamus, necnon illis omnibus, & singulis inviola- bilis, & irrefragabilis Apostolica firmitatis robor, & efficaciam adjungimus, om- nesque, & singulos juris, & facti, ac solemnita- tum quarumcumque, tam ex juris communi, & Constitutionum Apostolicarum praescripto, quam alias quomodocumque, & qualitercumque, etiam de necessitate in similibus observandarum, aliove quolibet, quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individuae mentione dig- nos defectus, si qui in praemissis, vel eor- um aliquo quomodolibet intervenierint, aut intervenisse dici, censerent, vel intelligi possent, plenissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

§.6. Decernentes easdem praesentes li- teras, & in eis contenta, & inserta qua- cumque ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quoquo modo spectat, & spectabit in futurum, cujuscumque status, gradus, ordi- nis, dignitatis, & praerogative fuerint, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de latere potestate, & auctoritate fungantur, semper, & perpetuo inviolabi- liter, & inconcussa observari debere, ne- que ipsas praesentes literas, etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetenden- tes illis non consenserint, aut ad ea voca- ti, & auditi, causaque, propter quas ipse praesentes emanarunt, adducte, aut veri- ficatae, & justificatae non fuerint, seu ex alia qualibet, quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis les- sionis ullo umquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, in- validari, restringi, retractari, in contro- versiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apositionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quod- cumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine pari- bus concessio quempiam in iudicio, vel ex- tra illud uti, seu se juvare posse, sed eas- dem praesentes literas semper firmas, vali- das, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere: sicque, & non aliter in praemis- sis omnibus, & singulis censerent, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & de- legatos, etiam causarum Palatii Apostoli- ci Auditores, ac ejusdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de La- tere Legatos, necnon Camerae nostrae Apo- stolicae Thesaurarium Generalem, Praes- dentes, Clericos, aliosque Officiales, & Ministros, & ceteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quomodocumque fun- cturos, sublata eis, & eorum cuilibet qua-

Clausulas ad- dit.

Contrariis derogat.

vis aliter judicandi, & interpretandi facu- tate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid fecus super his a quoquam quavis auctoritate, scientia, vel ignorantia contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus praemissis, & quan- tenus opus sit nostra, & Cancellariae Apo- stolicae regula de non tollendo jure quaes- to, & fel. record. Pii Papae IV. Praecef- soris nostri de gratis quaecumque inte- resse dictae Camerae concernentibus in eadem Camera, intra certum tunc expres- sum tempus praesentandis, & registrandis, itaut praesentes literas ibidem si praesenta- ri, & registrari nunquam necesse sit, aliis- que Apostolicis, ac in universalibus, Pro- vincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Consti- tutionibus, & Ordinationibus, necnon Civi- tatum, Oppidorum, Terrarum, Loco- rum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institu- torum quorumlibet, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostoli- ca, vel quavis firmitate alia roboratis sta- tutis, usibus, styli, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quo- que, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & for- mis, ac cum quibusvis etiam derogatoria- rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irri- tantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemis- sorum quomodolibet concessis, confirma- tis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin- gulis, etiam si pro illorum sufficienti dero- gatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servan- da foret, tenores huiusmodi praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & in- sertis habentes, illis alias in suo robore, permanentibus, hac vice dumtaxat speciali- ter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpto- rum fides.

Dat. die 3. Nov. 1659. An. VI.

§.8. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Novem. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

CCCXVIII. Firmanorum Magistratus aggregatio. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

CUM (sicut accepimus) dilectus filius noster Flavius Titulus Sanctae Mariae de

Populo S. R. E. Presbyter Cardinalis Chi- sius nuncupatus noster secundum carnem, ex Fratere Germano Nepos, ac Civitatis nostrae Firmanae Gubernator, alias, ut in- convenientibus, quae ex defectu competen- tis numeri Priorum, & Regulatorum dictae Civitatis circa administrationem rerum ad eandem Civitatem ere alieno sexaginta, vel circiter millium scutorum gravatam, pertinentium proveniebant, pro ea, qua ipsum insignivit Altissimus prudentia, bo- nique publici studio opportune providerit, Dilectos filios Franciscum Paccarone, Ste- phanum Monti, Doctorem; Joannem Fran- ciscum Guerriero; Marcum Antonium Sa- vini, Joannem Philippum Spinucci, Hora- tium Brancadori, Petrum Simonem Azzo- lini, Antonium Jacobum Matteucci, An- tonium Rodolphum Morrone, Vincen- tium Porti, & Dominicum Ruffi Magistra- tum Priorum, necnon Franciscum Paccaro- ne, Petrum Simonem Azzolini, Stephanum Monti, Nicolaum Sabione, Philippum Montani, Simonem Paitini, Joannem Evan- gelitam, Carolum Palmieri, Antonium Jacobum Matteucci, Antonium Rodolphum Morrone, Franciscum Mariam Ricciardi, & Carolum Formichini Magistratum Regu- latorum ejusdem Civitatis Firmanae respec- tive aggregaverit; praedictique ejusdem Flavii Cardinalis Gubernatoris mandato, una cum ceteris Prioribus, & Regulatori- bus dictae Civitatis cum assignatione certa- rum Regionum, eis ab ipso Flavio Cardina- le facta respective imbusolati reperiantur.

§.1. Hinc est, quod Nos providam ejus- dem Flavii Cardinalis in praemissis indu- striam plurimum in Domino commendan- tes, eorumdemque praemissorum firmitati, robori, & efficacie pro paterno nostro erga Civitatem praedictam, ejusque Cives su- pranominatos affectu, consulere volentes, ac eorumdem supranominatorum singula- res personas a quibusvis excommunicatio- nis, suspensionis, & interdicti, aliisque ec- clesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laes, si quibus quomodolibet inno- data existunt, ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum harum serie ab- solventes, & absolutas fore censentes.

§.2. Motu proprio, non ad praedi- ctam, aut cujusvis alterius pro eis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine ag- gregationem supra expressorum, & nomi- natorum respective ad Magistratus Prio- rum, & Regulatorum dictae Civitatis Fir- manae a memorato Flavio Cardinale, sicut praemittitur, factam cum eorumdem im- busolatione, & Regionum assignatione hu- jusmodi, aliisque inde quomodolibet se- quentis, & sequuturis, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque in- violabilis apostolicae firmitatis robor, & ef- ficaciam adicimus: ac omnes, & singulos juris, & facti, necnon solemnitarum qua- rumcumque, tam ex juris communi, & Con-

Confirmat aggregationem ut in Rubric.